



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCXXXII. Eine Schenkung an die neuerbaute Kirche in Bukow, Filial von Garselitz, ungefähr v. J. 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Gemeine der vorbenannten Probst und Rathmannen und denen Bauren zu Creutzwitz und zu Saringen an Eigen, an Rechte und an Weide. Zum dritten Mahle sprechen wir umb die Schmach, die geschehen ist an dem Probste und seinen Herren, und sein Gefinde, und den geseeten Haber, den die Bauer von Creutzwitz haben abfressen lassen, heißen wir den denen Bauern insgemein, das sie dem Probst und seinen Herren durch Gott bitten sollen, das sie ihnen vertragen und vergeben Schmach und Schade, die ihnen geschehen ist. Zum vierten Mahle so sprechen wir umb allerley Schade und Unkoste, die sie an beyden Seiten haben getragen in der Sache umb das Stück Landes, das die an beyden Seiten quit und los sollen sein. Ferner heißen wir an beyden Seiten diese Verführung, die versprochen und geschrieben ist, ihrer einer dem andern under ihre Insiegel zu verbrießen. Und diese Sühnung ist gesprochen und geschrieben nach Gottes Geburth tausend Jahr, dreyhundert Jahr an dem vier und vierzigsten Jahre, am St. Walpurgis-Abend in Gegenwarth dieser Zeugen: Heinrich Borstell und Cune Homborch und Henning Horborch, Bürger in der alten Stadt zu Brandenburg und ander viel frommer Leuthe, denen woll zu glauben ist.

Nach einer modernisirten Copie im Ältern Copialbuche.

**CCXXXII.** Eine Schenkung an die neuerbaute Kirche in Bukow, Filial von Garfelitz, ungefähr v. J. 1344.

Nos Coppeke Juterbuck, civis in Colne, Claus Juterbuck, filius Nicolai Juterbuck, ac Coppeke Juterbuck, filius Henningi Juterbuck, civium olim in Brandenburg, recognoscimus in his scriptis, quod honorabiles viri, dominus Thidericus prepositus, Philippus prior et capitulum ecclesie Brandenburgensis ad procuracionem nostram in honore dei et beate Marie virginis dederunt et deputaverunt ecclesie ville Bukowe, pertinentis ad proprietatem et feudum ipsorum, per nos et incolas ejusdem ville nostre edificate ac ecclesie ville eorum Garfelitz subiecte nomine dotis, et pro dote omnimodam proprietatem et quicquid juris eis et ecclesie sue hactenus competiit et competere poterit futuris temporibus, quoad suum etiam utile dominium unius quinque mansorum, adjacentium curie Henningi de Albea, in ipsa villa Bukowe residentis, areeque ad ipsum mansum pertinentis. Nos vero affectantes dictis dominis et ecclesie sue pro donatione proprietatis et feudi mansi prelibati restaurum impendere aliquale, deliberatione super hoc nobiscum ac consanguineis et amicis nostris prehabita diligenti, eis exnunc defalcamus et diminuimus sedecim marcas argenti Brandenburgensis contentis in suis litteris, per eos super utili dominio ipsius ville nobis datis, ita, quod, quando dictam villam a nobis vel nostris heredibus remeere, quod eis licet, quandocumque voluerint, pro ipsa reemptione centum viginti quatuor tantum marcas argenti dare tenebuntur. Nos etiam ad laudem et honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie pro ampliacione cultus divini in nostrorum et progenitorum nostrorum animarum remedium de voluntate et consensu dictorum dominorum nostrorum damus et deputamus dicte ecclesie pro dote mansi predicti et sue aree pactum, censum et servitium et generaliter et specialiter quicquid, quod quoad utile dominium nobis et nostris heredibus quomodolibet competere valuerit in premissis. Quibus omnibus et singulis presentibus perpetuo renunciavimus pro nobis et heredibus nostris supradictis. In omnium et singulorum premissorum testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Brandenburg (s. a.).

Nach einer Copie im Copialbuche.